ISIDORUS HISPALENSIS

12. bis 13. Jh. Seite 200v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift

per sexum. illi per fluxum dissoluti. Quae quibus patronis agantur. Quae vero ibi vo
cibus et modis et organis et lyris transiguntur, apollines et musas et miner
vas et mercurios patronos habent. Quae tu spectaculum christiane odire debes, cuius
Amphith. odisti auctores. De amphitheatro. Amphitheatrum locus est spectaculi
ubi pugnant gladiatores. Et inde ludus gladiatorius dictus, quod in eo iuvenes u
sum armorum diverso motu condiscant; in inter se aut gladiis aut pugnis cer
tantes, in contra bestias incedentes. ubi non odio sed premio illecti subeunt fera
le certamen. Amphitheatrum dictum, quod ex duobus theatris sit factum. Nam
amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est, semicirculi
figuram habens. De ludo equestri. Genera gladiatorum plura, quorum
Ludus equestrium. primum ludus equestrium. Duo enim equites praecedentibus prius signis militaribus, unus a por
ta orientis, alter ab occidentis procedebant in equis albis cum aureis galeis, mino
ribus et habilioribus armis. sicque atroci perseverantia pro virtute sua inibant
pugnam, dimicantes quousque alter in alterius morte prosiliret, ut haberet quem caderet
casum, gloriam qui perimeret. Quae armatura pugnabat marti duellum ci.
Retiarii Retiarii ab armature genere in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem
occulte ferebat rete, quod iaculum appellatur, ut adversarium De Retiariis.
cuspide insistente operiret. implicitumque viribus superaret. Quae armatura
Secutor. pugnabat neptuno tridentis causa. De Secutoribus. Secutor ab
insequendo retiarium dictus. Gestabat enim cuspidem et massam plumbeam quae
adversarii iaculum impediret. ut antequam ille ferret rete iste superaret.
Haec armatura sacrata erat vulcano. Ignis enim semper insequitur. ideoque cum re
tiario conponebatur quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. De laqueatoribus.
Laqueariorum. Laqueariorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo impedi
tos consecutosque prosternere. amictos umbone pellicio. De Velitibus.
Velitum pugna erat. ut ultro citroque tela obiectarent. Erat enim varia
Velites. pugna et spectantibus gratior quam reliqua. Velites autem nuncupati sunt. sive a vo
litatione. sive a civitate etruscorum quae veles vocabatur. De ferali certamine.
Ferarum. Ferarum pugna erat missas bestias iuvenes excipere. pugnare adversus eas
ultroneo funere certare. non crimine sed furore. De horum execratione.
Haec quippe spectacula crudelitatis et inspectio vanitatum non solum homi
num vitiis sed et demonum iussis instituta sunt. Proinde nihil esse debet christiano
cum circensi insania. cum inpudicitia theatri. cum amphitheatri crudelita
te. cum atrocitate harenae. cum luxuria ludi. Deum enim negat qui talia praesu
mit. fidei christianae praevaricator effectus. qui id denuo appetit quod in lavacro